



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni
Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti
benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...**

Trithemius, Johannes

Maguntinu[m], 1494

Ae p[ro]pter impressura[m] se a scribendo excusent vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31333

bores vestros. tam pios. tam vtilis. tam necessarios eccle.
sie. non sine maxima retribucōne transibit.

Qd̄ propter impressurā a scri-
bendis volumibus nō sit desistendū. **Cap. vij.**

Nemo cogitet fratres nemo dicat: qd̄ necesse
est me scribendo fatigari. cum ars impressoria
tot tantosq; libros trāsfundat in lucē: ut mo-
dico ere magnam bibliothecam possimus in-
struere? Vere quicūq; talia loquitur: ocio suo tenebras
facere conatur. Quis nesciat: quāta sit inter scripturā et
impressurā distantia? Scriptura em̄ si membranis im-
ponitur. ad mille annos poterit pdurare: impressura aut̄
cū res papirea sit. q̄s diu subsistet? Si in volumine papi-
reo ad ducentos annos pdurare potuerit: magnum est.
quāq; multi sint qui ppria materia impressurā arbitren-
tur consumendā. Hoc posteritas iudicabit. Eniūero etiā
si multa volumina impressa sint: nūquā tamen adeo im-
primuntur. quin semp ad scribendū qd̄ impressum nō sit.
valeas inuenire. Nec facile quis q̄s omnes impressos li-
bros vel inuenire potest vel emere. Q̄ si etiā omnes libri
tocius mūdi imprimerentur: a studio suo scriptor deuo-
tus nequaq; deberet desistere: sed etiā impressos vtilis-
p scripturā perpetuare: qui alioquin diu nō valent sub-
sistere. Hoc em̄ factens dabit scripturis nutantibus firmi-
tatem: paruis precij magnitudinem: caducis temporis
longeuitatem. Deuotus autē scriptor semp inueniet. cui
incumbens officio mereatur. Non patitur costringi sub
conditione impressoris. Liber est: et libertatis sue gau-
debit officio. Neq; em̄ impressori inferior est: ut studiū
suū deserat. propter illius impressuram. Sed eo confulte
preterito letus via cepta progreditur: sciens suā coronā
apud deū nō minuendā: qua cūq; importunitate alterius.
Qui autē a scribendi studio cessat propter impressurā:

b ij

verus amator scripturarū non est: quia p̄sentia dūtaxat
intuens. nichil sollicitus est p̄ edificacōne posteroꝝ. Nos
autē fratres charissimi. mercedē istius sancti laboris in-
tuentes ab eius studio non cessemus: etiā si multa milia
voluminū habeamus. **S**criptis em̄ codicibus nunquā
impressi ex equo cōparantur. Nam orthographiam et ce-
teros librorum ornatus impressura plerumq; negligit.
Scriptura autē maioris industrie est.

De orthographia et modo scribendi. Cap. viij.

Ut autē deuotus scriptor officium vtiliter im-
pleat suū. et libros quos scribit pulchra ve-
nustate reddat ornatos. diligentissime obser-
uet precepta orthographiæ: sine quibus libri
quantūlibet vtilis. fedi despectiq; reddūtur. **D**e hac autē
materia in veterū codicibus auctoꝝ copiosa documen-
ta habentur: quibus nō est huius tēporis diuicius immo-
rari. **E**xempla etiā eruditoꝝ hominū. nouis scriptoribus
p̄cepta industrie sunt. **I**nspecianus volumina antiquissi-
ma que scriptores eruditi scripserūt: et ex eoꝝ imitacōne
sumamus artis nostre compendū. **I**n quibus fuerūt nō
nulli qui scripture tam exactam adhibere diligentia. ut
nō solū recte sed etiā perite scripserint. notis. colis. et sce-
natibus pulchra varietate volumina distinguentes: ut so-
lo aspectu ad lectionē eorundē videaris puocari. **T**acti
apud veteres imperiti scriptores codices fedauerint suos:
dū aut nescierūt. aut noluerūt intelligere ut bene scriberēt
Tu autē nō imperitoꝝ negligentia. sed eruditoꝝ solercia
tibi p̄positam noueris imitandā. **A**ntiquitus nō admira-
tebant passim scriptores. sed tantū docti et eruditi: q; etiā
a pericia notarū. notarij appellati sunt. **Q**ui nō solū pul-
chra. sed etiā emendata volumina. mira subtilitate scripse-
rūt. **N**os velim imiteris: q; dignū et iustū est. ut scriptu-
ra sanctissima ex ore dei ad nostrā edificacōne prolata.